



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

Eo q̄ nō. Impietas in abundantia rerū discedit  
 à deo ubi à deo prouocatur beneficijs, ut infra in can-  
 tico. Incrassatus &c. Solitudine enim rerum incipit  
 torqueri, & quicquid boni uidetur facere hypocrisis  
 est, quæ in hilaritate animæ deo seruire nō nouit, ut ali-  
 bi diximus, cor enim iam alijs adheret &c.

Dabit em̄ tibi dñs ibi cor pauidū &c.  
 Hæc est maledictio Cain, & omnium qui non deū sed  
 homines timent & sua damna. Psal. Illic trepidauerūt  
 &c. Quæ impietas etiam nostra qui uidemur credere  
 increpatur Esa. 51. Quis tu &c.

## CAPVT XXIX.

**A**dmonet hoc caput carnem nō posse in-  
 telligere quæ dei sunt, ut maxime omnia  
 miracula uideat, quæ enim possunt esse  
 maiora q̄ quæ in Aegypto facta sunt &  
 in mari rubro &c. & tamē Moises dicit ea nō intelle-  
 cta à pp̄lo, quia dominus nō dedit cor intelligens &c.  
 Caro ut nō suscipit uerbū dei, ita quoq; non intelligit  
 opera dei, quæ solus sp̄ialis admiratur & capit siue  
 creationis sint opera siue redemptionis, quō enim is  
 ignorare potest opera dei qui spiritū dei sentit in sese  
 operantē? De alijs dicitur Esa. 6. Excaca cor &c. Et  
 in psal. Quoniā nō intellexerūt in opera domini &c.  
 Et itē, Obliti sunt dei qui saluauit eos, qui fecit mira-



*bilis in Aegypto, terribilis in mari rubro. &c. Historia Exo. & Numerorū hęc satis indicat quā non intellexerūt &c. Deinde ubi dicitur, Vos enim nostis &c. terret dei iudicio trāsgressores usq; in finem capitis, quod iudicium iam uenit super eos & prädictū est, Hiere. 7. & 3. Reg. 9. eque ut hic &c.*

*Præter illud.] Ergo hic liber dicitur Deutero. &c. Adduxit.] supra ca. 8. Et uenistis.] supra ca. 2. & 3.*

*Nota, Custodite & implete, ut intelligatis. Qui implent mādata illi soli intelligunt ea. Et addit, Ut intelligatis uniuersa quę facitis, quę lex uult ut oīa quę facimus, ex fide faciamus. Hypocritę nō intelligunt quę faciunt. Rationem enim uerbi dei, ex quo solo sapiunt quotquot uere sapiunt, nō habēt. Exceptis &c. Heb. Aduena qui tecū moratur in castris à lignorū castris usq; ad eos qui cōportant aquas. Vulgus enim promiscuū ex gentibus ascenderat ex Aegypto cū filiis Israēl, Nu. 11.*

*Vos enim nostis, Veretur in suis idololatriam, iudicio dei terret.*

*Cūq; audierit. Hi proprie sunt contemptores uerbi, qui dicūt Esa. 28. Flagellū mundans &c. Pactū fecimus cū morte &c. Et. 2. Pet. 3. Venient in nouissimis diebus illusores &c. Hos manet iudicium dei, cæterum eos qui exterius uidentur idololatrę supra cōmiserat hominibus etiam iudicandos iudicio gladij.*

*Assumat ebriā sitientē. Illos qui aliā docent*



Iustitiam quã dei, ebrie mulieri comparat, quemadmodum & Esaias qui dixerat cap. 28. Verũ hi quoq; prãuino nescierunt &c. Obstupescite & admiramini &c. dicit cap. 32. Mulieres opulente surgite & audite uocem meã, filie confidentes &c. Obstupescite opulente, conturbamini confidentes. Sunt enim ebrij & infatuati & effœminati facti suis superstitiõibus & doctrinis demoniorũ, & assumũt sitientẽ. i. eam animã quã cupit doceri, de quibus Paulus, Semper discentes &c. iam enim hoc docetur, iam aliud & docendi non erit finis, & oĩa uanitas & error sunt dũ ad ueritatis notitiam nõ peruenitur.

### In exemplum.

Iudicia exterius oculis humanis exhibita representãt nobis iudicia dei quæ caro uidere non potest. Hinc ad illa in scripturis sæpe alluditur, ut in psal. Pluet super &c. alluditur ad subuersionẽ Sodomorũ. Alibi, Descendant in infernũ uiuentes, alluditur ad absorptionem Dathan & Abiran &c.

Et Iudæi & gentes hodie dicunt, Iudæos propter impietatem esse abiectos &c. [Et quibus.] Heb.

Et quibus nihil est attributum. i. qui nihil possunt &c.

Abscondita &c. sic & in psal. Qui annũciat &c. Cui plus cõmissum est plus requiretur ab eo. Non frustra sacramentũ suæ cognitiõis reuelat, à quo quẽ retrolabũtur melius ignorassent. 2. Pet. 2, Non tamen sine culpa fuissent si ignorassent. Nam iudex tollit etiã



et metit ubi non seminavit, Id quod non debet nos ad contemptum animare, ut illum seruum nequam qui non dedit pecuniam domini sui ad usuram, sed potius timorem nos docere.

## CAPVT XXX.



Hic est insignis locus contra hereticos qui negauerunt poenitentiam lapsis. Iudaei captiuitate Babylonica reducti sunt in terram suam, illi, ut ait Esdras, quorum deus tetigerat spiritum. Hoc est illi reducti sunt in possessionem terrenam qui ante iam in animis reducti erant ad deum. Hodie reduci non possunt nisi spiritualiter, id est, ut redeant ad deum et accipiant benedictionem in semine Abrahamae promissam et hereditatem patris sui Iacob, ut dicitur Esa. 58. cum circumciderit dominus deus praepucia cordis eorum, ut dicitur hic etc.

## Mandatum hoc quod.

Duplicem iustitiam scribit Paulus Ro. 10. Alteram legis siue operum quae impossibilis est humanis uiribus, ergo nulla est, nam foris incipit et ad ueram iustitiam quae cordis est non peruenit. Alteram fidei per Christum quae corde credit et ore confitetur. Haec est impletio legis, quemadmodum dicit, Finis. i. impletio legis est Christus. Hanc fidei et ueram iustitiam quae est uita aeterna, non solum huius temporis uita in qua uiuebant operarij legis, ait Paulus hoc loco a Moise esse descriptam. Ait